Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">>



Da

et grauis diuitiis opibus nimis super omnes. et ait in aliquem
suis concitabit omnes adiutus regnum grec. Surget nunc rex fortis
et dominabitur terre multa et faciet quod placuerit ei. et ait stetit cor eius
regnum eius et diuidetur in quatuor ventos celi sed non in posteritatem eius nec
secundum potestatem illius qua dominatus est. laceratur enim regnum eius etiam
in externos excepta his et confortabitur rex austri et de principibus
eius prualebit super eum et dominabitur ditione multa enim dominatio eius
et per finem annorum federabuntur filia quoque regis austri veniet ad
regem aquilonis facere amicitiam. et non obtinebit fortitudinem brachii
nec stabit semen eius. et tradetur ipse et qui adduxerat eum adolescentes
eius et qui confortabant eam in temporibus. et stabit de germine radicis eius
plantatio et veniet in exercitu et ingredietur prouincias regis aqui
lonis et abutetur eis et obtinebit iustitiam et deos eorum et sculptilia
vasa quoque pretiosa argenti et auri captiua ducet in egiptum ipse
prualebit aduersus regem aquilonis et terrebit in regnum rex austri
et reuertetur ad terram suam filii autem eius prouocabuntur et congregabunt
multitudinem exercituum plurimorum et veniet festinus et inundabit
et reuertetur et commouebitur et congredietur in robore eius et prouo
cabit rex austri egredietur et pugnabit adiutus regem aquilonis et
parabit multitudinem ingentem et dabitur multitudo in manus eius
et capiet multitudinem et exaltabitur cor eius et deiicet multa milia
sed non prualebit. Conuertetur enim rex aquilonis et parabit
multitudinem multo maiorem quam prius et in fine ipsorum annorum
et veniet festinus in exercitu magno et opibus nimis et in
temporibus illis multi consurgent adiutus regem austri filii
quoque praeuaricatorum populi tui extollentur ut impleant visionem et corruent
et veniet rex aquilonis et conportabit aggerem et capiet ur
bes munitissimas et brachia austri non sustinebunt. et con
surgent electi eius ad resistendum et non erit fortitudo et faciet ve
niens super eum iuxta placitum suum et non erit qui stet coram facie eius. Et
stabit in terra inclita et consumetur in manu eius et ponet faciem sua
ut veniat ad tenendum uniuersum regnum eius et recta faciet cum eo
et filiam feminam dabit ei ut euertat illud et non stabit non illius erit
et conuertet faciem suam ad insulas et capiet multas et cessare